



21
Bl. 89



Prucy 740

104

V I R O.
ADMODUM REVERENDO. CL. DOCTISSIMOQVE.
DOMINO.
HENRICO. DZIKOVIO.

AD. D. MARIÆ. ECCLESIASTÆ.
PRÆCLARE. MERITO.

A. CHRISTI. M. DCCHI. DOMINICA. XIX. POST. TRINITATIS.
SVB. IPSAM. VRBIS. THORVNII. DEDITIONEM.
ANIMAM. SVAM. S. NVMINI. PIE. REDDENTI.

ET. D. XXII. POST. TRINITATIS.

EXUVIAS. MATRI. TERRÆ. CONCRENDENTI.
INTER. PLANCTVS. PRIVATOS. ET. PVBLICOS.

DE. ÆTERNA. PACE.

IN. COELIS. JAM. IMPETRATA.

GRATVLARI. VOL.

GYMNASII. THORUNENSIS.

RECTOR. ET. PROFESSORES. PVBL.

EX. OFFICINA. THORUNENSI.

A. S.

PHOSPHORI Guuckeliani analysin qui fertis ægre, Viatores,
rite triflamini.

Novum enim hoc Inventum est, priorum Seculorum Chymicis ignotum plane,
& propterea non ubique obvium.

Curiosum quoque si dixerò, nihil à curiositate alienum dixerò.

Alibi vis ignem sine lumine, hic lumen sine igne, admirari datur.

Quotquot deinde Usum inventi aspexerunt, gratum nuncupant Phænomenon.

Hic ardere videtur, quod frigidum est,

& lumen de se spargere, quod sine nocte caliginosum apparet.

Rectius tamen multo lugetis, qui Dzikoviani Phosphori facturam serio lugetis.

Lumen quippe à priori inventum Terræ, à posteriori prædicatum Cælo,
originem suam debet.

Illud in tenebris solummodo, hoc etiam in aprico Solis,
& heic quidem eo efficacius, quo plus radiorum à cælesti Sole mutavit,
vim suam exerit.

Illud sine igne micat, hoc simili micat & calefacit.

Absit itaque, B. DZIKOVIIUM succis esse ferre oculis.

Immo qui Phosphori Utilitatem persensistis, deplorate potius Virum,
à quo Lumen Verbi divini in intellectu, ignem amoris divini in Voluntate,
sepe numero imbibistis.

Phosphorum ille

non Chymicum, sed Mysticum; non corpori, sed animæ gratum,
in Laboratorio suo prætulit.

Sane! huius commatis Phosphori raro jam (ebui!) in Prussia nostra exoriuntur!
Immoderatus ex adverso qui jam fertis Obitum Eiusdem, Viatores,
habetote,

B. Ecclesiasten non Phosphorum amplius, h. e. Luminis Latorem,
sed ipsius Lumen aliquod jam esse.

Qui nempe in terris jam à Lumine Gentium, aliis prælato, Lumen quoddam sortiebatur,
quanto magis, immo majus, in Cælo?

In Lumine nemo versatur, qui non simul ab eodem egregie illuminetur,
Daniæle Propheta teste,

Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti,

& qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stelle in perpetuas æternitates.

Absit igitur è contrario, nimium lacrymis rigare genas,

aut, nescio, quam, post Viri discessum suspirari Caliginem.

B. DZIKOVIIUS æterno jam in Cælo utitur fructu Lumine;

Et qui Lumen Verbi divini præ tenebris Errorum in his terris constanter æstimant,
à PATRE Luminum propediem novo donabuntur Phosphoro.

* *

Inter varias turbas deproperavit

M. GEORGIUS WENDIUS. R.

Epitaphium ad piè defunctum, Dnm. Compatrem, & Confessionarium
indiquaque Cbarissimum.

QVæ monumenta tuæ Virtuti firma locabo,
QVæ nec tempus edax, nec mala fata terant?

O pie Vir, Cætus divini sancta columna,

Et quondam patrii portio magna soli.

Sive tuas animi dotes ceu corpore dignas

Describam, prorsus totus inanis ero.

Sive tuos mores rectos vitæquæ decorem

Depingam, frustra me labor ille coquet.

Sive

Sive tuæ factæ cantem præconia Svadæ,
 Lingva mea est impar dicere dona DEI.
 Sive ministerii recolam sublimia sancti
 Munia, quæ solers Tu subisse quibas.
 Sive DEI magni referam Magnalia diva,
 Quæ Tibi mos doctâ voce sonare fuit.
 Enthæ seu dicam morituræ dogmata genti
 Indita, quævis ejus mens animusquæ stetit.
 Æthiopem Libyæ durum lateremquæ lavarem,
 Et nunquam possem facta referere mei
 DZICOVII: tamen illa piis infixâ medullis,
 Hærent perpetuis non reticenda fonis.
 Hoc unum doleo, quod tristi tempore nostris
 Ex oculis raptus cœlica regna petas.
 Si tua nos possent solatia prima tueri,
 Esset præcipuus sensibus iste locus.
 Sed quia nos tacito miseris nunc ore relinquis,
 Ipse DEUS nostri cura superstes erit.
 Te vivis animis nunquam mittemus in auras,
 Facta tuæ laudis clara Thoruna canet.
 Et quamvis nos fata premant adversa, secundâ
 Illa tamen Dominus multiplicabit ope.
 Eriget ipse suam confuso ex pulvere laudem,
 Ac Urbis nostræ firma columna fiet.
 Ille tuam Viduam dulci solabitur ore,
 Et proli teneræ prospera quæquæ dabit.
 Ille tuam sedem vacuum Pastore replebit,
 Qui calcet sanctè limina sancta DEI.
 Nunc, *dilecte DEO*, curis & compede libet
 Post mundi fordes astra polumquæ tene.
 Quæ mihi præstabas soliti documenta favoris,
 Hæc largo penset scœnore Sancta TRIAS!

Lmg. scr.
M. MARTINUS Bøhm.

EPITAPHIUM.

DZIKOVII saxum, quod cernis, membra recondit,
 Sola solo condi scilicet ista queunt.
 Vitæ inculpatæ laus, doctrinæque salubris,
 Urbe cluit, sed habet spiritus astra poli.

Condolentia causa scrib.
PAVLVS PATER.

Poeniteat facti modo te Mors durior atro
 Et silice & ferro cautibus & Lybiæ.
 Cernimus ereptum Pastorem falce tremenda,
 Æstibus atque iræ Mors inimica tuæ.
 Angelus ille DEI sacra statione locatus,
 Multa cui Virtus contigit, ecce jacet.

Ille

Ille DEI monitus populo instillare solebat,
 Blande, divine, suaviter ore docens.
 Numinis ille pii fuerat divinus alumnus,
 Mens, animus, Vatum Bibliotheca fuit.
 Quod docuit Moses factis docuere Prophetæ,
 Scivit contemnens antra Sibylla tua.
 Cui scelus eripuit vitam dedit ille docendo,
 Orci ne fieret victima foeda malus.
 Hujus descripsit quando fastidia vitæ,
 Barbarus hanc vitam spernere visus erat.
 Expressit quando lingua convexa polorum,
 Spiritus hæc hominis quæere visus erat.
 Ambrosium dicunt succum Svadæque medullam,
 Hoc duplici Noster nomine dignus erat.
 Utilitas tanta est vix ignis, Solis & undæ,
 Quanti hominis fructus istius oris erant.
 Digna Cedro docuit, de Numine digna locutus
 Est, error nullus contemeravit eum.
 Pectora vel nivibus puris, vel lacte fluente,
 Ulberibus fuerunt candidiora gregis.
 Vera loquor, nostri Domini Sanctissime Cætus,
 Qui dependebas totus ab ore Viri.
 Has tulit & plures in vasto pectore dotes,
 Sed jam discendum est posse carere Viro.
 Pertigit ad metam, clausa est brevis orbita vitæ
 In terra, cælis incipit ille novam.
 Si bene vota tamen cecidissent iusta rogantis,
 Marmora non tegerent ossa caputque Viri.
Vitæ siste rotas, DEUS, o DEUS! oro, fugacis,
Ne in medio cursu, corpore fessus, ait.
 Talia Vota pius nil proficentia fudit,
 Lethi porta patens ingredienda fuit.
 Emendar linguam, vocem mentemque stylumque,
 Atque sequi statuit iussa verenda DEI.
Agne DEI, miserere mei! Sunt ultima verba,
 Quæ jamjam moriens dixit & occubuit.
 Excessus felix! mitissima clausula vitæ!
 Hanc illi peperit dogma, Luthere, tuum.

Conservanda memoria boni Pastoris, s.

JOHANNES REZIK,
P. P. & Visitator.

Verbis & factis docuit qui temnere mundum,
 Atque jugo Christi suavius esse nihil:
 Exemptus mundi turbis super alstra migravit:
 Servus ubi Christi est, sicut in orbe fuit.

L. fr.

M. MARTINUS BERTLEFFIUS,

Prof. Publ. & Visit.

Ung VI 4

(x 2743293)



U 17
U 18






Amey 740

104

excellenſſime,
es & ſinguli
lices XIII oppidani
tibus:
commendant,
rrigatum ac
fidunt.
ementia pollicentes
II oppidorum.
SIME Regimine,



V I R O.
ADMODUM REVERENDO. CL. DOCTISSIMOQVE.
DOMINO.
HENRICO. DZIKOVIO.
AD. D. MARIÆ. ECCLESIASTÆ.
PRÆCLARE. MERITO.

A. CHRISTI. M. DCCII. DOMINICA. XIX. POST. TRINITATIS.
SVB. IPSAM. VRBIS. THORVNII. DEDITIONEM.
ANIMAM. SVAM. S. NVMINI. PIE. REDDENTL

ET. D. XXII. POST. TRINITATIS.
EXUVIAS. MATRI. TERRÆ. CONCREDENTI
INTER. PLANCTVS. PRIVATOS. ET. PVBLICOS.

DE. ÆTERNA. PACE.

IN. COELIS. IAM. IMPETRATA.

GRATVLARI. VOL.

GYMNASII. THORUNENSIS.

RECTOR. ET. PROFESSORES. PVBL.

EX. OFFICINA. THORUNENSI.